Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Briefe - Cod. Aug. perg. 83

Paulus <Apostel, Heiliger>

[S.l.], [11. Jh.]

Epistola ad Phylemonem

urn:nbn:de:bsz:31-11851

Visual Library

cati gratia ipsius. heredes simus. secundum spem uitae ae
ternae. Fidelis sermo est. & de his uolo te confirmare ut curent
bonis operibus pr̄ee qui credunt deo. haec s̄ bona & utilia
hominibus. Stultas aut̄ quaestiones & genealogias. & conten
tiones & pugnas legis deuita; sunt enim inutiles & uanae.
Hereticum hominem. post unā & secundā correptionem de
uita. Sciens quia subuersus ē qui eiusmodi ē. & delinquit.
proprio iudicio condemnatus. Cum aut̄ misero ad te artheman
aut tychicū. festina ad me uenire nicopolim. ibi enim statui hie
mare. Zenan legis peritum & apollo sollicite praemitte. ut ni
hil illis desit. Discant aut̄ & nr̄i. bonis operibus pr̄ee. ad usus
necessarios. ut non sint infructuosi. Salutant te qui mecum s̄ omnes.
Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia di cum omnibus uobis. amen.

P hylemoni.

Familiares litteras facit. ponesimo seruo eius. scribit aut̄ ei a roma
de carcere per eundem onesimū. Paulus uinctus xp̄i ih̄u. & timo
theus frater filemoni dilecto. et adiutori nr̄o. & appiae sorori ca
rissimae. & archippo commilitoni nr̄o. & ecclesiae quae in do
mo tua ē. gratia uobis et pax a deo patre nr̄o et dn̄o ih̄u xp̄o.
Gratias ago deo meo semper. memoriam tui faciens in orationi
bus meis. Audiens caritatē & fidem tuā. quā habes in xp̄o ih̄u.
& in omnes scos. ut communicatio fidei tuae euidens fiat in ag
nitione omnis boni in uobis in xp̄o ih̄u. Gaudium enim mag
num habui. et consolationem in caritate tua. quia uiscera scorum re
quieuerunt per te frater. Propter quod multā fiduciam habentes in xp̄o ih̄u.
imperandi tibi quod ad rem pertinet. propter caritatē magis obse
cro. cum sis talis. ut paulus senex. Nunc autem & uinctus xp̄i
ih̄u. Obsecro te de meo filio quem genui in uinculis onesimo.
qui tibi aliquando inutilis fuit. nunc aut̄ et tibi et mihi utilis.
Quem remisi. tu aut̄ illū. id ē mea uiscera suscipe. quem ego uolue
ram mecū detinere. ut pro te mihi ministraret in uinculis euange
lii. Sine consilio aut̄ tuo nihil uolui facere. uti ne uelut ex ne
cessitate tuū bonum esset. sed uoluntarium. Forsitan enim ideo discessit
ad horam a te. ut aeternū illū reciperes. iā non ut seruū. sed pro seruo
carissimū fratrē. maxime mihi. quanto aut̄ magis tibi et in carne.
et in dn̄o. Si ergo habes me socium. suscipe illū sic ut me. Si aut̄
aliquid nocuit tibi aut debet. hoc mihi reputa. Ego paulus scrip
si mea manu. ego reddam. ut non dicam tibi quod et te ipsū mihi debes.
Ita frater ego te fruar in dn̄o. refice uiscera mea in dn̄o. Confidens
de oboedientia tua. scripsi tibi. sciens quod & super id quod dico.
facies.

ut dum eum expectabat uenturum magiſ faceret quod rogauit.

Simul autem & para mihi hoſpitium. Nam ſpero per orationeſ
ueſtras donari me uobiſ; Salutat te epaphraſ concaptiuuſ meuſ
in xpo ihu. marcuſ. ariſtarcuſ. demaſ. & lucaſ. adiuto
reſ mei; gratia dñi nři ihu xpi cum ſpu uro ſ. ſit amen;

In .ii. ad timotheum ſcribit. demaſ me dereliquit diligenſ hoc ſeculum. unde [illegible] [illegible] illum conuerteret [illegible]